



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 79. Protestantium Principum Legatio ad Cæsarem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

§. LXXVIII.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1529.

*Cæsar Placentiam delatus.*

Priusquam Carolus Imperator Bononiam peteret, aliquamdiu Placentiæ, *l. c p. 186.* *Ant. Veræ*  
Parmæ & Mutinæ substitit: cum vero Placentiæ moraretur, advenerant tres Legati a Papa eo fine missi, ut a Cæsare peterent, quatenus præstata juramenti fide se nunquam Ecclesiæ libertatem violaturum sponderet. His reprouuit Cæsar, se jurato promittere, quod nunquam dignitati Pontificiæ ac libertati vim illaturus, nihil tamen de suo jure decessurus esset, (\*) quibus postremis verbis Cæsar haud obscure significabat, in Parmensem & Placentinam civitates quoddam sibi jus competere.

§. LXXIX.

*Protestantium Principum Legatio ad Cæsarem.*

Sub idem tempus advenerant Deputati, quos Principes Protestantes in *Steid. com. 7.* *Spi-*

(\*) Hæc verba ex Antonii Levæ instigacione ab Imperatore fuisse addita, observat Massenius cum pluribus aliis Scriptoribus.

**Sæcul. XVI.** Spirenibus comitiis congregati able-  
**A.C. 1529.** gabant. Hos Cæsar die duodecima Se-

ptembris ad alloquium admisit, in quo hi  
affirmabant, quod eorum Principes  
decretum in hisce comitiis editum ac-  
ceptare haud recusent, cum vero abs  
dubio maximæ ex illo turbæ nascituræ  
sint, hinc ad præcavendos ejusmodi tu-  
multus Cæfaream Majestatem suam ro-  
garent, ne eorum oppositionem graviter  
ac moleste ferat; postmodum palam  
profitebantur, se nihil admissuros, quod  
tum ipsius, tum imperii dignitati atque  
honori adversum esset, de cetero tamen  
nihil ipsis magis æquum videri, quam  
ut per universum imperium promiscue  
omnibus Lutheri opiniones amplecten-  
di libertas concederetur, donec juxta  
datam fidem liberum Concilium in Ger-  
mania celebrari posset: Adimpta  
autem hac conditione Principes eorum  
Dominos omnino facturos esse, quicquid  
Cæsar postulaverit, sive bellum foret ge-  
rendum contra Turcas, sive quocun-  
que aliud onus pro imperii salute susti-  
nendum. Hi Deputati erant Joannes  
Ehingerus, Alexius Fraventralus, &  
Michael Cadenus Norimbergensis.

§. LXXX.